quod reddere possis pro anima tua pecuniam tuam. Sic enim esset minus reddere et plus vo-
vere: et non esset equa recompensatio. Si tua das deo te ipsum diabolo. non est equa par-
ticipatio. Nam et si recte offeras et non recte dividas peccasti. Plus valet anima
et minus pecunia. Nam et anima plus est quam esca. et corpus plus quam vestimentum. Si plus est anima
quam esca plus est quam pecunia. quia et esca plus est quam pecunia. Propter escam enim datur pecu-
nia. et si esca non esset pecunia non esset. Nam quod plus confert et prodest ipsum plus esse
necesse est. Si ergo voves animam tuam noli pro anima dare pecuniam quia sibi facis
fraudem facis plus vovens et minus reddens. Cum animam tuam dare potes pecu-
niam pro anima non potes. Nisi forte pro anima tua ita pecuniam tuam dare volueris ut
anima tua data acceptabilior fiat per illam. cum illa amatur per illam. sine illa non accipitur.
Noli ergo putare quod pro anima tua vel pro commutatione anime tue pecuniam tuam dare possis quia
et ipse pecuniam tuam sic datam non accipiet. et tu animam tuam servare non posses.
sic retentam. Itaque pecuniam amitteret et animam non servaret. Hic ergo unum est quod recompen-
satione non accipit.

Que vota commutationem patiuntur.

Cetera omnia pro loco et tempore et commutatione admittunt. Vovisti aurum argen-
tum reddere potes quia quod precio minus est in pondere maius esse potest. Vovisti
peregrinationem tuam domino commutationem admittit si forte expediat magis quod con-
gere potest ut permaneas in patria tua et in domo tua. Nam si illic persolvere potes aliud tantum
valens sive ad laborem operis sive ad devotionem virtutis sive ad utilitatem ad-
ministrationis commutationem dare potes. Vovisti ieiunium et hoc commutationem esse potest. si forte
hoc non expediat quod contingere potest. Aliud adhuc dico. Vovisti deo servire in loco aliquo
vel in habitu vel in societate aliqua dico quia hoc totum commutationem habere potest. quia et locus potest de-
strui et homines mori et habitus mutari. Numquid putas ideo perdis animam tuam si
locus aliquis vastatur aut sibi homines moriuntur. Tamen in extremo non fiat quod illis fit
neque tamen remaneat quod ante fieri debuit. Nec periculum tuum ubi non est culpa tua
fac quod potes tu et quantum potes et sufficit tibi de bona voluntate non amplius ex-
igitur non quantum potes. Si autem aliquis hoc vovisti vel simile aliquid quod vel in virtutis au-
ferri possit vel a volentibus commutari et imple quod vales quod vovisti ne